

Aduertencias para

Siue Eleemosyna sit pro sustentatione, siue  
conseruatione loci. Hoc concessit Fratribus  
Prædicatoribus; sed per communicationem  
omnibus Mendicantibus est etiam con-  
cessum.

CASVS RESERVATI.

¶ Alexander 6. declarauit & decreuit q  
Generales & Provinciales possunt casus re-  
seruare, hoc extendens ad Guardianos di-  
cens. Et q Guardiani possunt reseruare ca-  
sus de occultis inter Religiosos, & quod ab  
soluentes à talibus post huiusmodi reserua-  
tionem, nullam faciunt absolutionem, & in-  
cidunt in penam absoluenterum à casibus nō  
concessis: Ex lib. Monumenta Ordinum. 2.  
impr. fol. 56. concess. 66. & in Suppl. fol. 3.  
Verum in Capitulo Generali Assisi cele-  
brato, año Domini. 1526. Statutum est, q  
Guardiani nullo modo casum aliquem sibi  
reseruent, his verbis. Ordinatur, & mandatur  
auctoritate Apostolica, & totius Capituli Ge-  
neralis, q nullus Guardianus possit sibi  
reseruare casum aliquem, sed solus Minister  
Provincialis id poterit. Et merito quidem  
hoc